

2691.

1329 d. 21 Jan.

BIRGITTA JONSDOTTER upplåter till Wårfruberga kloster sina qvarnar i Thorshälla, hvilka hon tillbytt sig af Ragvald Magnusson mot hennes gods i Hambra i Nerike.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. BYRGHITTA IONSDOTTER, salutem in domino sempiternam. Que in tempore geruntur. ne processu temporis a memoria hominum labuntur (!) litterarum solent testimonio roborari, Propterea nouerint tam posterum quam moderni. me. molendina mea in Thorsberghe. que de discreto viro rangwaldo magnusson pro bonis meis in hambra in nærichia sitis. permutacionis titulo, habui, cum omnibus eisdem molendinis adiacentibus, claustro dominarum in monte beate virginis, cum consensu et beniuolencia dilecti generi mei domini karoli neskonungsson, et dilectarum michi in christo filiarum, dominarum Cristine et hælghæ iure perpetuo contulisse. Transferens de me meisque heredibus, in predictas dominas et claustrum, plenum dominium et proprietatis ius per presentes, eadem molendina, irrevocabiler possidenda. Ne igitur aliquis heredum meorum me viuentem vel mortua huiusmodi factum aliquatinus impedire seu molestare audeat vel presumat Sigillum meum vna cum sigillo reuerendi patris ac domini. domini styrberni dei gracia episcopi strenghensis, et sigillis predictorum, videlicet Generi mei domini karoli neskonungsson et dilectarum michi in christo filiarum, dominarum, Cristine et Hælghæ duxi presentibus apponendum. Datum et Actum Anno domini Millesimo, Trecentesimo, vicesimo Nono, die beate agnetis virginis et martiris.

Sigillen: N:o 1, 2, 5 bortfallna, remsorna kvar; af N:o 3, Biskop Styrbjörns, och N:o 4, Cristinas, fragmenter i behåll.

2692.

1329 d. 25 Jan.

LARS MAGNUSSON bortbyter ett öreländ i Kjalby med lax- och ålfiske m. m. i Fors socken till Riseberga kloster, mot jord i Eriksböle i Rudskoga och i Sund i Visnum socknar, med förbehåll af fri farväg för Säby gård till angränsande holmar.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, LAURENCIUS MAGNUSSON, salutem in domino sempiternam, Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, solent litterarum testimonio perhennari. vnde Nouerint vniuersi. tam posterum quam moderni, me cum religiosis dominabus in rÿsæbærgh, videlicet domina abbatissa et, conuentu eiusdem monasterii quandam commutacionem